

dupl. 172

EXAMEN VARIARUM LECTIONUM,
QUAS AD TEXTUM JESALÆ HEBRÆUM
ALEXANDRINA VERSIO EXHIBET.

CUJUS

PARTEM TREDECIMAM ET ULTIMAM
CONS. AMPL. FACULT. PHILOS. ABOËNS.

PRÆSIDE

JACOBO BONSDORFF,

S. S. Theol. Licent. & Profesf. Reg. & Ordin.

Publico examini modeste offert

Respondens

CAROLUS ISAACUS WALLENIUS

Stipend. Reg. Tavastensis.

In Audit. Phys. die XX Junii MDCCCVII.

H. a. m. f.

ABOË,

Typis FRENCKELLIANIS.

VIRO
PLURIMUM REVERENDO ATQUE PRÆCLARISSIMO,
DOMINO MAGISTRO
JOHANNI BORGSTRÖM,
ELOQUENTIE LECTORI AD GYMNASIUM BORGŒNSE MERITISSIMO,

Avunculo Optimo,

*Quem inde a puero indulgentissimum mihi habui, in-
numerisque beneficiis & affectu vere paterno salutis meæ
consulentem.*

Sacrum

Debui volui

Amantissimi Nominis

Cultor humillimus

CAROLUS ISAACUS WALLENIUS.

Praeclarissimo Dno Magistro, Doctori, ad Belgiam hanc Academiam,
Ardennensium, Amanuensis facultatis Philosophicae
Amice Honorabilissimo.

Dudum jam tanto ferui sensus animi gratissimo et obsequio,
sua pietati ob laudem erga me favorum, amicitiarumque documenta
illa quae mihi praestitisti precandissima usque inde cum ad
Musaeum delubra haec extendenda me confertis, et experiri so-
de ovidem longe majores, quippe quam tu praestantissimum in-
licet revera multis occupatis negotiis propediq[ue] domum
proficiam, roganti tamen mihi ut munus Opponuntis in te
suscipiam, non ex refugiam. Gratias igitur hae, quas meum
sentit, rectis autem non satis exprimere valeo, quantum
valeo, ago habeoque humillimas, insimul omni qua par
est reverentia supplexans, interpretentur in meliorem par-
tem, ea quae responsivis loco ad argumenta tua eruditissima
computanda ego sum attuleram. De cetero, ut aliam, in posse
vires, inles, amicos huc me numeres, eademque qua hucusque
benivolentia me amplectentur oro et obtestor. valeat.

Praestantissimo Dno Opponunt. Amice exoptatissimo

Amicitia illa quae per multos annos nos vires fuit
familiarissima, spem mihi facit certissimam, ut hae
occasione te quidquam intermitterem, quod amicitiae
quod humanitati est. ut sciant ea quae ad argumen-
ta tua referenda ego attuli, bene interpretentur, qui est
de quo ut dubitem, amicitia prohibet nos, quae
piae reverentiae rationem amplexu ad rem ipsam nos me-
mus confero

V. 12. condemnam se quam iuste exierat. Dred. est in sepe afflic. sci. post. us. to
7. 18. 9. 2. appropial. in p. actum. multis factus securi. al. cupis qua
si. Bederent pro suat actione des omiter oppo.

V. 15. Episcos de deo tantum uel. ipso deus sci equitat. pego. al. si.
mau. qui actum fidit. numen sanctissimum.

V. 16. Salve et Reueras: non continua procuras exigam, non semper in scias
spiritus uiscerum iterum de me exordiat, illi cui vitam habetur
per animum ego de derim.

V. 17. 9. 5. 2. alpidit. secund. metaph. quasquam facit.

textum hebræum depictum habent; quia vero Propheta dudum Cap. XLII: v. 14 simili dictione usus sit: מעולם החשיתי *diu jam subitici*, atque Syrus interpres vulgarem confirmare videatur scriptionem, minime incongruam, non est quod eam corrigamus. Conf. annotata ad parallel. loc. citat.

Vers. 12. Falsa sine dubio est lectio codicis Alexandrini δικαιωσυνην με, pro σε, quam Vaticanus & cet. cod. tuentur cum textu. Parallelismus necessario requirit, ut in secunda persona affixum צקרתך enunciemus & de gente ipsa per Ironiam intelligamus: *tuam scilicet virtutem probe nosco* s. *palam faciam*.

Vers. 15. Codex Alexandr. versionis græcæ additum quidem habet Κυριος ante ὁ ὑψιστος, sed ex interpretamento, quod frustra laudavit Lowth ad. h. l.

Vers. 16. Significationem verbi עפץ ex Syriaca dia. lecto *egredi* bene dudum explicuit Alexand. hoc modo: πνευμα γαρ παρ εμε εξελυσεται. Vulg. *spiritus a facie mea egredietur*.

Vers. 17. Quid sit עין בצעו dubitavit dudum Græcus, quare non quidem inconcinno, sed minus opportuno sensu transtulit: δι αμαρτια βραχυ τι ελυπησα αυτον, temere a nonnullis Criticis pro mutando textu provocatus; Interim tamen affixum צ. personæ vocabulo בצצ connextum, indicat בצצ *avaritiam*, *lucrum* epitheton esse peccati, quod a propheta reprehenditur, nimirum idololatriæ insanæ ac ingentem veluti ad cumulum excrefcentis, quem in modum HENSLER, SCHERER bene vertunt: *ihrer gebäuften misethaten willen*. —

Vers. 21. אלהי Deus meus. Veteres præter Syrum quidem non expriment affixum, sed ponunt simpliciter Deus, ὁ θεος, unde tamen nulla argumentandi ratio iusta erit, textum masorethicum sub mendo cubare.

Caput LVIII.

Vers 4. Esle prophetam in eo per totum hoc caput occupatum, ut hypocrisim gentis Judaicæ severissimis reprehendat comminationibus, quemadmodum in antecedentibus idololatriam Judæorum in crimen vocavit, universa quidem orationis series comprobatur. Sed ad liquidum non est omnibus explorata sententia, utrum sui ævi, an futuri temporis, maxime post captivi atem Babylonicam, perstrinxerit mores depravatos. Videri quidem postea Pharisaica illa notissima hypocrisis vividis depicta coloribus, qualis sub ipsis Messiani seculi initiis adhuc obtinuerat, & gentem fascino refractariam; Quod si vero penitus scopum atque contextum omnem rimeris, similemque contuleris morum descriptionem Cap. I. haud a re alienum erit statuere, præsentis sui ævi homines, superstitione, hypocrisi, una cum idololatria graviter correptos taxari a propheta Jesaia. Neque dubitamus ad primordia imperii regis Manasse hanc morum tabulam referre, siquidem constat, non solummodo cultum idololatricum scelesto modo tum invasisse, sed quoque omnem practicam incredulitatem, simulationem, fraudem cum externis ritibus & cultu religioso connexas fuisse. Hinc potiori jure dijudicare valebimus discrepantias, quæ forte in textu hebræo & græca versione, invicem collatis, deprehenduntur. Hebræa hujus vers. 4. verba sunt: *הצטור להכות באצרוך רשע jejunatis ad cædendum improba manu* i. e. ut alios gravissima plaga, injuria, impune afficere possitis, cultum externum atque speciem pietatis componitis; *לא תצטור להשמיע במרום קלכם non autem jejunatis ita* (sicut die illo) *ut preces vestrae exaudiri possint*; quemadmodum plerique cum DATHIO hunc locum bene explicuerunt. Antithesin sententiarum, quamvis non exactissimam, tamen perspicuam nemo non agnoscat æquus rerum arbiter. Multis tamen egit

Præter peccata sex prædicta: amantata, gravium adhuc sex sex. reddidit
hanc ydæi, imprimis eorum æternam fiduciam, quæ vana religionis
civium beneficii, atque operum una religionum, charitatis officio
vires, pariter diliguntur erant.

Handwritten text, possibly a date or reference number, appearing as a faint watermark or bleed-through.

4778 univ. 4778.5. cum N. Beerman. feminatæ, inde
pignus, manus feminatæ amovetur
Solentur, post immittitur tractantur.

7077 re, desiderabilis

v. 17^a ~~quidem a Sabbato retineri qd. c.~~ Si ad Sabbatum non venit
ut ibi genus suo indulget.
dicit. Si diversa vitae ratione in Sabbato die nisi facis, non genus
duo indulget, sed Sabbatum in deliciis festiisque per totos dies
tantis in honore haberes ut in eo a consuetudine prava ab-
stinere neque cupiditatibus indulgas nec iniqua proloquaris.

egit Lowth ad h. l. ut ex Alexandrina versione hunc emendaret locum; scilicet pro \aleph, ψ , quæ verba minime conjungenda sunt, sed ad suum quodque pertinent membrum, legendum s'vadet ψ in priori membro, atque ad sequens hemistichium ita corrigit textum: $\aleph \psi$ *quare* jejunatis, prout Græcus: *τυπτετε πυγμαίς ταπεινόν, ἵνα τι μοι νηστευετε ὡς σημερον κ. τ. λ.* non omnino frigido sensu, sed contra omnium ceterorum interpretum testimonia, & hebræogræca scriptione sine dubio delusus, interpretatus est. Neque in limpidissimo hoc textu eorum approbare possumus conjecturam, qui particulam \aleph , ut prohibentis *ne*, & nomen ψ de clamore jurgantium & oppressorum exponunt; *veer geschrey von Gezank und schlägerei zum himmel aufstößt*, SCHERER.) Jejunia enim & preces sæpiuscule in declamationibus prophetiis connectuntur, & re ipsa connexa esse videntur.

Vers 10. Rite & apposite contra crisin Lowthianam monuit KOPPE ad h. l. verba versionis græcæ: *δοκπεινοῦντι τον αερον εκ ψυχης* s' est paraphrasin textus hebraici, in quo $\aleph \psi$ nec exstat nec restituendum est. Nemo in dictione: *evacuare effundere animam suam* (se) *esurienti*, hæsitabit de sensu *opitulandi, succurrendi*.

Vers. 13. Nonnulli Critici ψ negativum præfigere ψ *עשוה* voluere, (*τε μη ποιειν* Alexandr.) quod omnino, si per se spectetur, commodum esset, sed nec incongruum est sine ψ legere, eodem sensu & orationis consilio. $\aleph \psi$ *loqui verba* scilicet inania, verbis alium fallere, valet. Græcus addidit longam periphrasin: *λαλησεις λογον εν οργη εκ τε σωματος σε*; unde non sequitur, $\aleph \psi$ aut simile quid, textui inferendum esse.

Caput LIX.

Vers. 2 Quod in hebræo textu simpliciter legitur פנים *facies*, Alexandr. Vulg. Syr. efferunt cum affixo tert.

- $\psi \psi$? *conhilal* *quid*

Perf. ex sensu quidem rite approbante, sed præter rem Masorethas castigante LOWTH. Chaldaeus sine affixo interpretatus est: **אפי שנתא** *faciem Scheebinae*, majestatis Divinae.

Vers. 8. Eodem obelo notanda est crisis nonnullorum in forma singulari **כה**, quam in **כם** pluralem permutare satagunt, temere antiquorum producentes, in favorem suæ conjecturae, interpretum testimonia.

V. 18. Ultima verba: **לאיום צמול ישלם** *exteris gentibus retributionem*, vindictam, *parabit*, in suspicionem vocavit MICHAELIS, quia ab Alexandrino omisa sint; sed si vel maxime ratio hujus omissionis dari non possit, textus tamen integritatem vindicabunt ceteri omnes, quos corruptis & interpolatis usos fuisse codicibus, haud est probabile.


Vers. 20. In ipso sensu constituendo non differt Græcus a Masorethico textu, interim tamen aliter fortassis legisse videtur: **השיב מיעקוב** *αποστρεψι απεβειας απο Ιακωβ* pro vulgari: **אשר פשע ביעקוב** *avertentibus a peccato, Jacobitis*, vel, ut Vulg. interpretes habet: *eis, qui avertunt ab iniquitate, in Jacob*. Tanti vero non facienda fuit auctoritas Græci, ut Masorethicam scriptionem corrigerent LOWTH, MICHAELIS, frustra ad Paulinam allegationem Rom. XI: 26. provocantes.

Caput LX.

Vers. 4. Nemo quidem jure dubitare potest de sensu textualium verborum: **על צר תאסבה** *ad latus incedent*, constituendo, quum verbum **אסב** originaria sua & recepta significatione valeat: *recta incedere*, sitque prorsus synonymum verbo **בוא**, quod in præcedenti parallelo membro legitur. Adumbrat scilicet Propheta festivum illud atque venturum ævum Messianum, quo non solum reduces omnes Judaici ciyes, cum filiis atque filia-

v. 6. etiam verbum singulari conspuitur cum nomine plurali.

v. 16. Summam ab hostibus poenam, summam ab adversariis poenam
vindictam sumit. Insulam iugiter licet poenat.
nempe antea non multo facta est nisi de phoeniciis coniungens montes
depravatis. phoenici vel remotissimis nationibus poenam eligit
quanto iugiter ~~partis~~ magis phoeniciis.



liabus, ad sanctam confluerent urbem, e captivitate sua funesta jamjam liberati, verum etiam ex omnibus terrarum angulis catervatim accederent gentes, novum suum Divinumque regem venerabunda profecuturæ mente. Conjunxisse enim Prophetam diversa hæc tempora liberationis & Messianæ felicitatis, tot cernitur exemplis, ut probatione non egeat; quamquam sint hodierni haud pauci, qui ne nomen quidem Messiaë unquam in propheticiis scriptis tangi perperam doceant. In verbis vero allatis non dubitant spem recogitare liberationis, sed textum ipsum lucidissimum sollicitare atque corrigere amant. Mittamus conjecturam & HENSLERI, תַּמְנָה a יָמֵינוּ a *dextra parte esse* dura satis anomalia deducentis, & Cel. PAULUS על צֶדֶת תַּמְנָה *ad latera nutricis*, ex suo ingenio substituentis — Audiamus testimonia antiquiorum interpretum; Atque certum est, eos cum textu convenire, excepto Alexandrino & Chaldaeo. Ille habet: ἐπὶ ὤμων ἀρῆσονται *super humeros portabuntur*, egregia quidem fictione, haud absimili Cap. LXVI: 12. ubi על צר jungitur cum תַּשְׂאֵהוּ; cujus auctoritate Houbigantius jam consentiente LOWTHIO, textum corrigendum esse svasit. Quis vero non videt Græcum ipsum delusum esse similitudine quadam paralleli loci, ad quem hunc quoque locum refingere studuit, quia fortassis dubia ejusdem fuerit scriptio antiqua. Verborum vero parallelismus & trita syntaxis multo plus valet in hac dijudicanda causa, quam cetera omnia interpretationis adjumenta superflua, aut ut satius est tenere, impedimenta. Non enim Criticæ modestiæ est, suoapte ingenio & quovis modo auctoris verba corrigere; & in alium vertere sensum, quam qui expressis inest verbis. Miramur propterea male sedulam operam nonnullorum, qui non modo fumum sibi ipsis venditant, sed remoram quoque haud exiguam universæ rei Criticæ faciunt; unde nec mirum, multos a studio hermeneutico absterreri, alios vero gravi contra bibli-

ב
 פה תיפסו

biblicam certitudinem opprimi præjudicio, religionem ipsam in dispendium verti clamitantes.

Vers. 5. Poëticam elegantiam textus Hebraici non rite assecutus est Græcus interpres; etenim verba תְּרַאי תְּרַהַרַּר uno verbo ὄψη transtulit, radicem רַהַּ *videre* & formam תְּרַאי in mente habens, quum tamen, si sequens membrum parallelum consulatur, oppido pateat, formam תְּרַאי redolere radicem יִרַי *timere*, & plenius scribendam תְּרַי, quemodmodum etiam XL cod. MSC. & ceteri Antiqui int. teste Lowthio præferunt, verbum vero נַהַּ rite explicari de exultante latitia. Quemadmodum enim in feliciori omni atque inopinata rerum permutatione contrarii affectus, latitiæ & pavoris, excitari solent sic, ut animus jam horrore percellatur jam gaudio perfundatur, ita quoque ob adventantem mesianam felicitatem, ingentesque gentium accurrentium copias pavescere & exultare sistitur populus Judaicus. *Trepidabis & in gaudia erumpes, pavebit & dilatabitur cor tuum.* Exacta est antithesis verborum, quam nullo modo infringere convenit. Posterius hujus versus hemistichium eadem licentia tractavit Græcus, verba לך יבואו לך *ad te venient*, ad sequentem relegans versus, & חיל גוים *turba gentium*, transferens: *Και εθνων και λαων.* Excellentem vero Poëtæ imaginem hunc in modum exponere & circumscribere placet: *etenim maris fluctus te inundabunt* (h. e. demta allegoria, maritimæ copiarum gentesque te salutabunt) *& turbæ gentiles ad te adventabunt.* Nomina quippe הַמון & חיל *multitudinem gentium*, non autem *opes & facultates* h. l. ut quoque vers. 11 significare, patet tam ex adjuncto verbo *venire*, quam ex subsequenti imagine camelorum cet. adventantium.

Vers. 8. Difficultas vocabuli אֵי-בֵיתָּ tantum non æstimanda fuit, ut propterea lectionem textualem sollicitaret Lowth, quaecumque præsidium suæ conjecturæ petens a Græco συ νεοσσοις, *cum pullis*, quam tamen interpretationem

v. 5. Ad. cum in te melum, et Caecilium, parvum in te, a.
gaudium, haerere, convepi ad te copiosius maclim, et gentilitas
lucis adventantibus.

1771. non fenus lautum, sed, laetari, voluptatem, capere deus
ut Pl. 44. C. Prop. fecit, profecit, et dilatari. (or vero
dilatatum, oppositum ducino, prope atque auctis, idemque de
mente auri, libera atque caeta, sine metopora asynalax.
Fluere h. o. in hoc flumine, copiose manentis, amplifacit, seu
locum, amplum, habebis.

et nunc quasi ad Annuntium verae Religionis quibus inflantur.

nem ipse non adprobavit. Ab origine nostrum ארבה sine dubio idem significavit ac ארוב *foramen quodcunque, specum, antrum*, quod in præsentem imaginem columbarum, in cavernis sylvestribus ut plurimum habitantium, optime quadrat; Hinc metaphora de catarractis, aperturis cœli; Nec est, quod cum nonnullis fontes aquarum & rivulos, ad quos aquatum volarent columbæ, cogitarem, quum fere apertus sit sermo de nido aut habitaculo avium.

Vers. 19. Speciosa fuit conjectura LOWTHII, quam non prorsus improbavit KOPPE, vocabulum quoddam e textu verborum לַ לַיָּר לַח לַח לַח *luna tibi non amplius lucebit* excidisse, quod *noctem* exprimeret, sicque melius in parallelismo τὸ ἵσος responderet. Addidit omnino Chaldaeus & Alexandrinus τῆς νυκτὸς, sed, ut videtur ob rotunditatem orationis, non vero lectionis veritatem. Unde enim factum esset, ut ceteri omnes tale additamentum excluderent? neque tantam antitheseos exactitudinem semper venari fas est. Fruantur scriptores Sacri & profani ipsi suo jure, quidlibet addendi sive intermitendi.

Caput LXI.

Vers. 1. Superfluum vocabulum ארבי, quod supersticio Judaica textui superaddidit, ne nomen Jehovah profanaretur, eliciendum esse e textu, haud improbabilis fuit Kennicotti & LOWTHII sententia, quam Veterum nonnullorum, Græci & Vulgati, confirmare videtur auctoritas.

Pro textuali לַ אֲסוּרִים *vinclis, captivis*, testinanti non minus animo quam dubia scriptione hebræogræca delusus Alexandr. interpres, cogitavit forte verba לַ אֲסוּרִים *non videntes*, τυφλοῖς conf. Job. VII: 8. XXIV: 15.

Vers. 2.

lingue / oculi

Vers 2. Ellipticam dictionem: **לֹא שׂוֹמֵר** subintellecto **לֹא** *animadvertere, curam habere*, plerique hodierni interpretes non assecuti sunt, quare in mutanda lectione frustra defudarunt, conf. MICH. Supplém. Lex. Exeget. Handb. cet. Græcus tamen vocabulum hoc, utpote synonymum sequentis **לֹא תִתֵּן** censuit, nec operæ pretium duxit seorsim transferre, sed junctim hunc in modum: *δοθῆναι τοῖς πνεύμασι Σιωπῶν αὐτοῖς δοξᾶν* κ. τ. λ. unde tamen patet, veram esse textus lectionem, a ceteris insuper antiquis bene firmatam. *Lugentes fovere & debonestatos condecorare*, parallelæ sunt sententiæ, nulla prorlus ambiguitate præpedita. Exempla vero ejusmodi ellipticæ significationis **וְשׂוֹמְרֵי דְבַר** sunt hæc: Job. IV: 10. **וְשׂוֹמְרֵי יְהוָה** *animadvertant, & intelligant*; Cap. IV: 18. **וְשׂוֹמְרֵי הַהֵלֶה** *observat stultitiam in ipsis suis servis*; Cap. XVII: 4. **וְשׂוֹמְרֵי הַמִּצְוָה** *animadvertite quæso*, C. XXIII: 6. XXXIV: 23. cet. ut tacëamus. Quibus si Arabica notio verbi **سَمَّ** vulgarissima, *astimandi, pretio augendi*, addatur nullum ex nostra quidem sententia supererit dubium, sensum hodierni textus in salvo esse.

Vers. 8. Bene observavit DOEDERLEIN, vocabulum **עוֹלָה** frequentiori forma punctandum esse **עוֹלָה** *iniquitas*, quemadmodum etiam Alexandr. *αδμικον* rite transtulit, & ad contextum accommodatum sit: *ego odio habeo quicquid vi & injuria ab altero extortum fuerit*. Neque tamen desunt, qui cum J. D. MICHAELIS & PAULO vulgatam holocausti notionem retineant, unde sensus: *odi rapinas, tametsi holocausto oblatas*, sive, cum eodem conjunctas. Nulla vero justa causa adferri potest, cur Sacrificiorum mentio hic injiciatur.

Caput LXII.

Vers. 5. Otiosam crisin Lowthianam, comparationis particula **כִּי** textum supplere syadentem, merito supprescit

Deo. ut proclamamus annuum et gratiam et ultimum dominum; ut
inocentes scatis originem.

1739 in Reg. obfero si primo est de holoauspit in alia totum
in vult. autem dicitur in eisdem fit de patrimonio eius ut bennus
Carthiaq. illa qua perpetua fuerunt pidiari ad de. unum.
et dicitur in sui versu conui inprobata malitiam qui in aliquo
et actus auferent.

1133 Procid. 733. conditor tuus. Lote et michi probant.
Dicit. 0. 11 - namque ipse le admodum et equum tuum
marito pinget. sunt enim viginti juvenis, ita p conditor
tuis fili: singulis, et quantum spem de spem sua capid
voluptatem, tantum de te deus tuus capid.
vi. 7. 8. 11. v. 8. vorata deus conditor et pumet imperator
Yraclis.

KOPPE. Concisior quippe stilius poeticus multas ejusmodi particulas omittere cernitur, quas tamen translatores sua lingua exprimere possunt ac debent. Ceterum vero in vocabulo בניך, quod ex vulgari punctatione in textu & versionibus antiquis exponitur de *filiiis*, civibus scilicet reipublicæ, valet sine dubio eadem permutatio in participialem formam אבנך, *conditor tuus*, quæ Cap. XLIX: 17. jam adfuit, & parallelismo verborum manifesto suffulcitur. conf. Cap. LIV: 5. Frequentissimo usu invaluit Hebraicis Poëtis, intimum Dei supremi amorem erga Populum suum sub imagine conjugalis vinculi repræsentare. Deus, quem eminentissimo sensu, plurali forma, celebrat vates utpote creatorem (עשׂים, בניים, Jes. LIV. 5.) summo certe amore, quanto maritus in conjugem suam ducitur, amplexatus est Judæos, omnibus sub gentis hujus longe diversissimis fatiis. Proinde etiam appellatur אבך *maritus*, plurali numero pro singulari & quidem Superlativo modo posito. Nisi enim nos omnia fallunt, ortum suum ducit hæc mira syntaxis pluralis pro singulari, ex elliptico quodam usu, quemadmodum in nomine Dei frequentissimo אלהים ellipsis quædam primitus valuit, nominis אלהיך vel אלהי, Deus Deorum, h. e. eminentissimus ac unicus Deus. Pluralem hunc numerum sine dubio hoc modo flectere voluit dudum Moses ad unum verum Deum colendum, ut obicem sic poneret funestæ idololatriæ gentilium. Atque quum superlativo gradu carerent Hebræi, vario modo eundem exprimere voluerunt, aut intercedente אלהיך *valde*, aut repetendo nomine, aut quoque plurali hac elliptica forma. Probabilitatem hujus nostræ sententiæ, a Grammaticis vulgo neglectæ, multis confirmare possemus exemplis argumentisque, si hujus loci esset, in hanc uberius inquirere materiem. Sufficit in transcurso hæc monuisse, ne duriolem hanc Hebraicæ syntaxeos formam vitio cuidam Scriptorum Sacrorum sive Religionis ipsius detrimento vertant tirones.

Vers. 10. Pro דעם sine affixo, habet Alexandr. τω
 και με cum affixo, nec male, sed tantum ex sensu suo
 videtur transtulisse. Textus eodem carere poterit com-
 mode, quia subintelligitur, neque Articulus ante דעם
 ullibi permittit augmentum quoddam personale.

Caput LXIII.

Vers. 1. Quum eleganti sensu explicuerit Græcus
 Hebraicum חָרוֹץ ερυθρῶμα *rubro tinctum colore, rubicun-*
dum, mirum est, quid ante oculos habuerit loco יָעָה *in-*
clinato corpore incedens, gradiens; vertit enim satis in-
 commode βία, quod idem est ac sequens μετα βίχτες.
 Interim ejus auctoritate suffultus LOWTH, in posteriori
 membro præfixum ב ex צַרְקָה eliminandum, ו vero ad
 ר addendum (vasit, sed præter rem. Quis enim non
 videt libertatem interpretandi in causa fuisse hujus dis-
 sensus, nec quidquam contra textus veritatem valere.
 Habet vero: εγω διαλεγομαι δικαιωσιν και κεισιν σωτηριε.
 Textus longe concisior: ego *promittendo verax*, eloquens
 veraciter, *ad servandum potens*. DOED.

Vers. 6. Hebræa: נִשְׁפָּרוּם בְּחַמְתִּי *conculcabo eos in*
æstu meo omisit Græcus, forte quia consona erant præce-
 denti sententiæ: אֲפִי עַמִּים בְּאִפִּי *proculcabo populos in*
ira mea. Legendum vero esse אֲשַׁכֵּר pro אֲשַׁכֵּר *inebri-*
abo, non solum parallelismus & contextus poscere videtur,
 verum etiam pluribus MSC. codicibus a Kênnicotto cita-
 tis, pariter ac Chaldæo interprete firmatur. Nec est,
 quod cum SCHEMIO ad Arabismum confugiamus, insoli-
 tam significationem *comprimendi* τω אֲשַׁכֵּר vindicantes.

Vers. 11. Aliud exemplum omissionis apud Alexan-
 drinum, in verbis: מֹשֶׁה עַמּוֹ מֹשֶׁה *Mosis, populi sui* scilicet
 ducis, exstat, mirum illud & inexpectatum, nisi corru-
 ptum quendam codicem, quo usus fuerit, aut quendam li-
 centiam graviolem cogitarem. Excusandus tamen est
 prop-

אין ארץ פארט. אין ארץ ארע נתינת
אין פו. נתינת ארץ ארע נתינת

אין ארע נתינת. אין ארע נתינת



propter miram ellipseos insolentiam, cui nihil simile adferri nec commoda explicatio dari potest, nisi statuamus Prophetam in mente habuisse sive propriam vocabuli משה significationem, *extrahendi, liberandi*, quia Moses hinc nomen suum sortiebatur, ut patet ex Exod. II: 10. & jure salutari debuit: *dux, liberator populi*, sive per anticipationem quandam ex sequentibus recognovisse nomen רעה *pastor* gregis sui. Parallelismus ipse huic ellipticæ dictioni favere videtur. Neque tamen scrupulum omnem nobis adimere possumus atque suspicionem, ab origine fortassis עברו pro עמו, quocum facile permutari potuit in MSC, in textu Hebræo comparuisse, quia Syrus ipse hoc nomen posuit & codices nonnulli, rarius licet, hanc vere præferunt lectionem, LOWTHIO probatam. Reliquas interpretum curas in hoc sive corrigendo sive explicando loco, brevitatis causa omittimus.

Vers. 14 Clarius vero erroneæ, vexatæ saltim, lectionis documentum præbet forma תניחני, quæ quidem ad radicem נח pertinens, in Hiphil. Conjug. *quietem dabit*, quiescere faciet, explicatur, atque a bene multis recentioribus quodammodo defenditur; Interim vero, quum veteres omnes interpretes, Chald. Syr. Vulg. Alexandr. (cujus est: ὁδηγῶσεν αὐτους) radicem נחה *ducere* in mente habuerint, & parallelismus ipse verborum נח & נחג eandem fere exposcat, dabimus hoc Criticorum monitis, ut lectio תניחני (sine י inter נ & ח) antiqua & vera habeatur, unde melior omnino sensus suboritur; *Spiritus Dei illum* (populum) *ducebat*, quam si quiescendi & ducendi contrarias ideas eadem in sententia fingamus. Quod reliquum est, observetur etiam in sequentibus elegantissimus transitus a tertia in secundam personam: *Duxisti nempe populum tuum.* — —

Vers. 15. Pro אלי me, Græcus transtulit in Plural, ημας sed ex liberiori suo usu, cujus ad normam neutiquam textus corrigendus est.



Vers. 16. Bene textus habet: גאלנו מעולם שומר
redemptor noster hoc tuum nomen inde ab ævo antiquo. Non
ergo necessum est, cum nonnullis receptam lectionem
mutare. Dilute & sine sensu Græcus: ου κυριε πατρης ημων
ευσου ημας, απ αρχης το ονομα σε εφ ημας εσι.

Vers. 18. Difficultatem, quæ forte membro hujus
 versus superiori inest, tanto minus tollere potest sapius
 nominatus Interpretes Græcus, quanto certius sit, eum ip-
 sum in summa obscuritate textus versatum fuisse atque
 pro **ע** depictum sibi quodemuncunq; modo habuisse
ה *opes montem.* Neque nos infringimus propiorem pa-
 rallelismum hoc pacto oriturum ratione sequentis **שקד**
sanctuarii. Sed in tanto silentio codicum & ceterorum
 restium male se commendat conjectura unius alteriusve.
 Facilis vero, quanta fieri possit, hujus membri erit ex-
 plicatio, si modo teneamus, eosdem hostes, qui in subse-
 quenti sententia nominantur, esse subjectum orationis,
 quanquam per ellipsin reticeantur. Sic ergo secundum
 vulgarem verborum distinctionem, sensum hujus versus
 exponendum esse ducimus: *Propemodum; parum abest*
quin, parumne est, quod hostes occupaverint, in ditione
sua habeant, gentem tibi sacram, quod sanctuarium tuum
depradati sint?

Caput LXIV.

Vers. 2. Sublimem textus imaginem non uno mo-
 do exposuerunt & antiquiores & recentiores interpretes.
 Omnium vero maxime in diversa abeunt Alexandrinus
 cum Syro & Symmachus cum Chaldaeo. Illi quidem
 pro **קד** *flagrare* nomen quoddam **קד** *ceram* cogitarunt,
 & pro **קד** reperierunt ex sequenti membro **קד** *inimi-*
cos; ως ηνος απο προσωπε προς τηκεται, και κατακαυσει
προς τες υπεναντιες. Alexandr. Fuit sine dubio magna
 hebraicæ scriptiōnis ambiguitas sive corrupta facies in
 causa,

causa, cur in tantum disensum dilaberentur & conjecturam quamdemumcunque amplexarentur. Symmachus vero ita: *ὡς ἐκκαυσίς πυρός ἐταύκη θαλάσσης*, quasi *המס וי* separatim pro *המסוי* extiterit in textu, (ut Dæderleinio placet) aut quoque *מים* de mari interpretatus est, nullam agens curam verborum sequentium *תבועה שנה*, quia fortassis consona videbantur præcedenti sententiæ *קרה שנה*. Hujus potissimum interpretis vestigiis insistens DOEDERL, continuatam ponit fictionem poeticam fulguris ac tempestatis procellosæ, qua mare velut strepere ac exæstare sistitur; *inter fulgura ignea maris unda exæstuante*. Cui ingeniosæ explicationi accederemus, si modo probari posset, particulam similitudinis *כ* in hoc verborum nexu sumi posse tanquam demonstrativam, atque *שנה* de fulgure poni, ceteras ut prætermittamus difficultates. Consultius ergo ducimus cum recentioribus plerisque recepta in lectione textus manere, quum certum sit, comparisonem adesse inter montes dilabentes & velut liquefactos, atque ignem arida quævis concremantem, aquamque ebullire facientem. Rite jam vidit Dietelmajer, verba *הרים נזלו* *הרים* *montes dilabantur*, conjungenda esse cum *להרריע*, *ut hostes tui agnoscant tuam majestatem*, adeoque continere tertiam comparationis, quare etiam cum HENSLERO eadem huc transferre commode possumus, hoc sensu: *O utinam, quemadmodum ignis concremat arida quævis & aquam ebullientem reddit, montes quoque disfluant, ut majestatem tuam cernant hostes tui borreantque*. Magnifica est descriptio terribilis Dei apparitionis inter tonitrua & terræ motus montiumque concussiones ineffabiles; Flagrantis enim instar ignis & ebullientis aquæ montes ipsi e loco suo moveri ac disfluere adumbrantur, ut gentes omnes, sacro stupentes horrore, Dei summam agnoscant potentiam nomenque.

Vers. 4. Haud quidem temeraria conjectura magni nominis Critici nonnulli textualem scriptionem *תשע* *sub*

sub mendo cubare & ex sola Alexandrina versione restituendam pronuntiarunt in עשפנ, *defecimus*, ἐπλανηθημεν. Fidem facere videbatur parallelismus verborum proxime præcedentium, נשנ, & connexio hujus versiculi cum subsequenti. Interim tamen quum antiqui est ceteri testes cum textu conspirent, atque facilis error Græco interpreti insinuare se potuerit ex occasione parallelismi, quem non in omnibus exactum esse palam deprehendimus, laudandam operam multi quoque posuerunt in defendendo masorethico textu, utcumque difficili. Neque omnis perit verborum harmonia, in hac abrupta oratione Prophetica, si meminerimus comparationem institui temporum præteritorum, præsentium atque futurorum; Saltim hanc eximiam poëtæ artem & velut affectus exuberantis transitum observasse nobis videmur. Verba enim יכירך - פנעת occurristi opem tulisti olim *bilavibus* & *pietatem sectantibus*, qui *tuarum viarum*, præceptorum, *recordarentur*, præterita respiciunt felicia gentis Judaicæ tempora, quibus favorem Dei immensum toties experiebantur pii cultores; Jam vero pro præsentis tempore, funestissimo sub exsilio, cujus scenam finxit Poëta per universam hanc pericopam, iratum sentiant necesse est numen exsules, peccatorum suorum probe memores; *ecce vero irasceris, etenim peccavimus*, aberravimus a præceptis tuis; *In ipsis bis tamen præceptis* (יכירך) *quondam salvabimur*, spes nobis arridet fore, ut salvi evadamus. Verba igitur: עלם נישע כהם spectant tempora, perinde ac versu 8:0 vota sua calidissima fundit propheta, gentis suæ nomine, pro omnigena amissæ dudum salutis restitutione. Breviter sic filium propheticæ orationis circumscribimus: "*Olim bilaves erant tui cultores, jam vero peccavimus & panam luimus justam, sed erit tempus, ævum, quo liberabimur.*" Ne vero gratis hunc sensum elicuisse videamur, observasse juvabit, verbum פגע utique sumendum esse in significato
opitu-

opitulandi, favendi atque ad pristina Dei beneficia spectare; nec enim de violento quodam occurſu sermonem esse, ipse contextus docet. Formam porro בהם non posse ad נחטא referri, patet ex ipso præfixo כ, quod cum verbo ישע, non autem חטא, commode conciliatur. Aberrare enim dicimur a via, non in via; atque עולם ad præsentem statum, cujus in medio hoc membro mentio injecta est, minime referri potest, sed aut præteritum aut futurum tempus significabit; Illud si valeret, ægre quidem præfixum ו abesse potest; hoc vero ubi ponatur, particula ך vel ל per ellipsin subintellecta putetur, & adverbialiter: *in æternum perpetuum, semper.* Eam enim hebraicæ syntaxeos analogiam esse multa exempla probant. Posſunt etiam verba hæc elliptica, interveniente verbo substantivo, exponi: *in illis viis semper erimus*, atque salvabimur; sed quum præfixum ו sæpius παραλκειν deprehendatur, nulla justa causa est, cur allatam antea mittamus interpretationem. Qui vero vana interpretum in hunc locum conamina discere voluerit, adeat opus Anglicanum ad h. l.

Vers. 6. תמוגגו *liqueſcere nos fecisti, exagitasti; comoda omnino imago; Cum vero antiqui Interpretes aliter videantur legisse formam, quasi a מנן tradere, (Alexandr. παραδωνας ημας δια της αδυνας ημων, consentiente Chaldæo & Syro,) in eam perducti sunt nonnulli Criticorum opinionem, legendum esse תמוגגו; sed longe frigidior hinc oritur sensus, quam e, textuali lectione. Vulgat. bene exprimit: allifisti nos in manu iniquitatis.*

Caput LXV.

Vers. 1. Textuale נרשתי exprimitur a Græco: εμφανης εγενομην, atque similiter a Paulo Rom. X: 20. Discrepancia vero non tanta est, ut varietas quadam lectionis adoptetur. Quærendo enim cognoscimus res,
&

& quæ inquiruntur res sive personæ, manifestæ evadunt. Tempus prædicit propheta, quo gentes Deum antea non cognoscentes eum quærent ejusque favoris potientur.

Vers. 4. Lectionem קט, quam in margine adnotarunt Masorethæ, antiquam satis & sine dubio veram esse evincunt Alexandr. & Vulgatus, qui habent ζωμων θυσιαων, *jus Profanum* fortassis etiam Chaldæus, ex interpretatione Buxtorffii.

Pondus vero quoddam horum testimoniis addat parallelus locus Jud. VI: 19, 20. ad quem sese accommodasse videtur propheta in describendo more Idololatrarum, epulas celebrandi sacrificales; carnem enim intingere solebant spissiori cuidam jusculo, variis condito aromatum sive fructuum generibus; neque prætermitti commode potuit jusculum tale, quod in vasculis, ei destinatis, adservabatur. Sic quidem evanescet difficultas in adjuncto nomine elliptico *in vasis ipsorum*. (Ellipsis enim præfixi כ neminem sollicitabit.) Quod si lectionem Chetib פק *frustulum* tenacius contra veterum auctoritatem propugnaremus, aqua semper tamen hærebit, tam in syntaxi, quam fictionis poetice probabilitate.

Vers. 8. Præter rem conjicit Lowth עברי legendum esse in singul. num. & de Messia explicandum, quia eundem in modum Græcus transtulerit ἐβρεν τὸ δαλευοντος μσ. Cur enim aliter hic puncta subjungerentur nomini ac sequenti in versu. 9 non liquet. Dei cultores & electi sunt Judæi reduces, qui denuo terram sanctam, ejusque omnes montes occupabunt. הרי *montes meos*, Græcus quoque in Singul. numerum flexit, τὸ ὄρος τὸ ἅγιον μσ, probante Lowth, sed dubia satis fide, nam additum: τὸ ἅγιον μσ satis redolet licentiam interpretis, ex sequenti versu enatam.

Vers. 15. Enallagen Numeri secundæ personæ in formis שמשם & היתה, hebraicæ linguæ non inimicam

cam, esse, multis antea exemplis evicimus, quare omnem conjecturam criticam in emendando textu otiosam esse pronuntiamus, & tanto quidem majori jure, quanto sollicitius multi antiquiores translatores differentiam hanc numeri expresserint.

Vers. 25. Quia formulæ וְיָחַד & וְיָחַדוּ , diversæ licet, eundem tamen exhibeant sensum, *in unum, simul, una*, adeoque temere provocetur Alexandr. $\alpha\mu\alpha$ ad textum permutandum, nemō cautus dubitabit. Exempla passim in Lexicis obvia.

Caput LXVI.

Vers. 2. Ad verba $\text{וַיִּיְהִי כֵן לֵאמֹר}$ supplendum existimat LOWTH pronom. לֵי , ex græco fonte; sed minus necessarium hoc loco, ubi stilus multo concisior evadit absente hoc vocabulo. *Hæc omnia finxit mea manus, atque exstiterunt.* Similis est sublimitas stili ac in illo mosaico: *fiat lux — & facta est.*

Vers 5. Dubio caret, Alexandr. lectionem vulgarem: $\text{\epsilon\iota\pi\alpha\tau\epsilon\ \alpha\delta\epsilon\lambda\phi\omicron\iota\ \eta\mu\omicron\nu}$ corrigendam esse in $\text{\epsilon\iota\pi\alpha\tau\epsilon\ \alpha\delta\epsilon\lambda\phi\omicron\iota\varsigma\ \eta\mu\omicron\nu}$ ex Edit. Complut. cet. ut bene monuit LOWTH; sed si cum textu hebræo comparatur, minime eidem palmam præripiet. Vulgat. rite textus exponit lectionem & sensum: *dixerunt fratres vestri, odientes vos & abjicientes propter nomen meum: glorificetur Dominus.* Inducantur scilicet profani & impii homines ex Judæa gente, idololatriæ addicti, hunc in modum loquentes: "Esto hoc, Jehovaham honorari —". Sunt per contentum pronuntiata verba, quibus grave hoc obvertit propheta: *ipsi autem confundentur.*

Vers. 15. Textus sistit Jehovaham appariturum *per ignem* \psi\omicron\nu ; Græcus vero transtulit $\text{\omega\varsigma\ \pi\upsilon\rho\varsigma}$ *sicut ignis.* Discrimen quidem est minoris momenti, sed nulla ratio subest vulgarem sollicitandi lectionem.

Vers. 17. אחר אחר difficillima verba omisit Græcus aut quia putabat eadem esse periphrasin *omnium, unius cujusque*, aut quia de sensu dubitabat. Videtur vero אחר fuisse nomen idoli cujusdam a Syris culti *Adad*, quod in medio sui atque conventibus suis prosequerentur idololatrici Judæi sub regno impii Regis Manassis.

Vers. 18. Ellipticum ונני ego vero, quod etiam Alexandrinus effert nomine *ωογω*, aliquid suppressum spectat, e. c. *nosco, video, edico*, aut *me quod attinet*. Ejus modi ellipseos exempla apud profanos auctores Latinos occurrere bene multa, probavit JANUS de Arte poetica p. 190 sequ.

Vers. 19. Synonyma certe sunt nomina שם & שמע, *nomen, fama*, adeo ut promiscue sumi possint in translationibus, unde lectionis varietatem nemo tuto colligat.



Rv Diss. Tripl.